

## Aduertencias para

fores habent [dunitamē ipse intendat, quod  
facit] omnem auctoritatem, quæ confessariis  
regularibus in dicta Clementina conceditur.  
Si autem Episcopus noluerit acceptare hanc  
formam præsentationis, oportebit seruare for-  
mam traditam, & collectam, ex dicta Clemē-  
tina. Alias non possent Fratres audire cōfes-  
siones de iure, & perconsequens, neq; absol-  
uere sicut conceditur in dicta Clementina. Si  
vero Prælati nō expetata præsentatione pre-  
monentes dicant. Non præsentetis aliquos,  
quia non admittimus, secundum Cardinalem  
audire possunt, sine alia præsentatione. Si ve-  
ro expressē non recusant admittere, sed non  
dant licentiam, vel negligunt secūdū glossā,  
locum habet hic priuilegium, post trinā mo-  
nitionem, l. requisitionem. Př. Noreña, & Př.  
à Veracruce in suis Compendiis ver. Confes-  
sor, Concl. 1. assertunt etiam, q̄ post legitimā  
Fratrum præsentationem velint, nolint Epis-  
copi, sunt confessores auctoritate Papæ, &  
Conciliij Vienensis per dictam Clementi-  
nam Dudum. Silvester ver. Confessor. 2. §.  
ultimo. Dicit, q̄ si Episcopi datam licentiam  
confessoribus secundum formā prædictæ Cle-  
mentine præsentatis, reuocare intentarent, ni  
hil